



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

61 Canonici veri fictis sunt praeferendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

precedere debeat, canonici enim pares ipsi, coadjutor propria dignitate, & prerogativa, coadjutores autem aliena tantum praeferunt dignitate, & propriae auctoritatis lumine fulgentes praeferrunt debent illis, qui aliena luce coruscant, aut vices aliorum gerunt, Dec. in cap. sane, il 2. num. 12. de off. deleg. vers. sed habito respectu, & vers. & resolvendo omnia supra dicta Jas. in l. more, num. 4. ff. de jurisd. omn. jud. Purpur. in l. 1. num. 632. ff. de off. ei. cui mand. est jurisd. & ibi Jacob. de Nig. num. 14. Alciat. respons. 199. num. 36. Menoch. cons. 51. num. 24. & 35. lib. 5. sed, quia coadjutores inserviunt in eodem ordine, in quo serviebant coadjuti aequitas suadet, ut in eodem ordine post omnes canonicos ejusdem ordinis federe debeant, honoremque & debetur constitutis in dignitate, ratione excellentiae. Cassau. in Cat. glor. mund. par. 1. consil. 8. & ordo sacerdotalis excellit ordinem diaconalem: Absurdum enim est auditu, diaconum extolli super presbyterum c. legimus 93. dist. cum ordo sacerdotalis praeminet dignitati regali cap. duo post med. 69 d.

60 Coadjutor autem & canonici vocatur etiam canonicus fictus, & verum ficto praeferrunt debet, cap. fraternitatis. de frigid. & malef. & cap. cum venerabilis. de relig. dom. Ideo canonici veri & ficti sunt praeferrunt, ut consuluit Gemin. cons. 138. num. 1. in fi. & num. 2. & 3. & Rebuff. in prax. benef. tit. de reser. etiam per val. num. 30. & ex dispositione juris communis coadjutor non debet praecedere canonicos antiquiores, cap. statuimus, de major. & obed. gloss. in cap. fin. in ver. antiquiores, de consuet. lib. 6. & Mohed.

decif. 262. quae procedunt data ordinis paritate, & si vero detur coadjutor canonico in ordine sacerdotali; licet canonicos ejusdem ordinis sacerdotalis praecedere non possit, canonicos tamen in ordine diaconali, & subdiaconali praecedere debet, per text. in d. cap. statuimus, ubi etiam Joann. num. 1. & Abb. 3. not. de majorit. & obed. & cap. a subdiacono 93. dist. cum aliis supra deductis.

63 Quae potest, & quid juris inter canonicum ejusdem ordinis, & coadjutorem primò receptum, utrum provisus postea de alio canonicatu vacante debeat praeferrunt coadjutori ejusdem ordinis primò recepto, & probatur, quòd sic, ex deductis per Menoch. d. consil. 51. num. 24. & 25. lib. 1. cum aliis supra allegatis, & est ratio, quia coadjutor non est canonicus, nec possidet, uti canonicus, sed uti coadjutor, & non proprio, sed coadjuti nomine possidet, inservit, & administrat, & coadjutoris officio cessante, in possessionem canonicatus, & praebendae, ac annexorum, juriumque, & pertinentiarum eorumdem est inducendus, & tunc, uti canonicus, in possessionem induci, ac in canonicum recipi, & ad praebendam admitti debet, ac in fratrem, stallum sibi in choro, & loco in capitulo cum juris plenitudine assignatis, ut expresse verba coadjutoriae sonant, & cum in fratrem, non recipiatur, nec uti canonicus, possessionem, & stallum in choro acquirat, nisi post mortem coadjuti, tunc post omnes canonicos sui ordinis debet installari, quia & primò in eodem ordine in fratrem receptus, ultimò receptum in omnibus praecedere debet, per regulam, qui prior est tempore, ut in cap. qui prior, de reg. jur.

Gg 2

in 6.